V.D16

Libellus isagogicus abdilazi. idest serui gloriosi dei: Qui dicitur alchabitius ad magisteriũ iudiciorũ astrorum interpretatus a ioanne hispalensi scriptumq; in eundem a ioanne saxonie editum vtili serie connexum incipiunt.

Postulata a domino prolixitate vite ceyphadala. i. gladij regni ⁊ durabilitate sui honoris custodia quoq; operum eius siue bonorũ atq; extensione sui imperij: exordiamur id quod volumus narrare. Cum vidissem conuentũ quorundam antiquorum ex auctoribus magisterij iudiciorum astrorum edidisse libros quos vocauerunt introductorios huius magisterij id est iudiciorum astrorũ, sed quosdam ex eis non fuisse scrutatos diligenter vniuersa que necessaria sunt in eodem magisterio de his que conueniunt introductorio. quosdam vero ea que necessaria sunt protulisse prolixe: ⁊ quia quod necessarium est in eo perijsse cernerem. Quosdam quoq; in ordinatione eorũ que protulerunt non incessisse itinere discipline conspexissem cepi edere hunc librum: ⁊ posui eum introductorium. atq; collegi in eo ex dictis antiquorũ quicquid necessarium est huic magisterio secundum modum introductorium: ⁊ non introduxi ratiocinationes disputationi siue defensioni eorũ que protulimus necessarias cum sint in libro Ptolemei qui appellatur alarbamacalet id est quattuor tractatuum: ⁊ in libro meo quem edidi in confirmatione magisterij iudiciorũ astrorum: ⁊ in destructione epistole hatssebenhali in annullatione eius ex ratiocinatione que ad hoc possint sufficere: ⁊ diuisi eum in quinq; differentias. Prima differentia est in esse circuli signorum essentiali ⁊ accidentali. Secunda differentia in naturis planetarum septem: ⁊ quid illis proprium: ⁊ quid significent. Tertia differentia in his que accidunt planetis septem in semetipsis: ⁊ quid accidat eis adinuicem. Quarta differentia in expositione nominum astrologorum. Quinta differentia in vniuersitate partium ⁊ expositione essentiarum in gradibus.

Differentia prima.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf